Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Giovanni Boccaccio

Philippi Beroaldi Bononien||sis Poete Carm de Duobus || amantibus. capite iucundum || exitu amarissimum.|| ... ||(Fabula Tancredi ex boccatio || in latinum versa a Philippo Beroaldo.||)

Leipzig: Stöckel, Wolfgang, 1501

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825516129

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

1232

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825516129/phys_0001

VD16: B 5832

Cq - 1232.

Ink.

~~C. II. f. - 1002.~~

Paläotype?

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825516129/phys_0002

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825516129/phys_0003

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825516129/phys_0004

Philippi Beroaldi Bononienſis Poete Carmẽ de Duobus amantibus. capite iucundum exitu amariſſimum.

Hexaſtichon ad Lectorem

Noſcere ſi geſtis pharetrati lector amoris
Ingenium fraudes luctificaſq; faces
Qui domitat terras et cuncta anĩantia celi
Celicolas omnes tartareoſq; duces
Hec lege facundi lacialia carmina libri
Edita iam nũeris imparibuſq; modis.

C. II. f. – 1002

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825516129/phys_0005

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825516129/phys_0006

Ad magnificū Anibalem bentiuolum Philippi Beroaldi Carmen.

O Decus eximiū et gentis generoſa propago
Bentiuole: o patrie dulcis alumne tue
Hunc cape tranquillo vultu facieqꝫ libellum
Annibal: et nugas perlege queſo meas.
Fabula Tancredi meſta eſt: Boccacius auctor.
Hanc nos romano vertimus eloquio.
Hanc tu vulgato lege tu ſermone latino:
Atqꝫ animum alterna cognitione foue.
Illa ſuo candore placet. ſed noſtra placebit
Si fuerit genio grata camena tuo.
Sunt hec parua quidem fateor: ſed magna ſubinde
Eſſe ſolent paruis deteriora bonis.
Hoc adamas gemmeqꝫ docent: que corpore paruo
Oblectant reges: diuitibuſqꝫ placent.
Nos contra horremus magnos perſepe gigantes.
Terremur magnis ſepe voluminibus.
Quod ſi non ſordent iſtec leuiora: dabuntur
Mox maiora: vale ſpeſqꝫ decuſqꝫ meum.

Fabula Tancredi ex boccatio
in latinum verſa a Philippo Beroaldo.

Tancredus placida princeps ditione falerni
Et paruũ tenuit ſceptriger imperium
Huius erat mite ingenium moreſqꝫ benigni.
Huic tranquilla quies letaqꝫ vita fuit.
Vixerat hic nimium felix: niſi ſanguine amantum
Optaſſet ſenior cõmaculare manus.
Filius huic nullus fuerat proleſqꝫ virilis:
Cui moriens pulchrum traderet imperium
Sed fortunatus nimium foret atqꝫ beatus
Si foret in magna filia nulla domo.
Sola fuit forma excellens et nubilis euo.
Filia corporeis conſpicienda bonis.
Giſmonde nomen nate dixere parentes;
Que poterat dici Cynthia ſiue Venus
Cuius erat facies priſcis equanda deabus;
Cuius erat candor lacteus atqꝫ color;
Diligit hanc genitor ſolam: ſolamqꝫ requirit.
Hanc fouet: hanc vitam deliciaſqꝫ vocat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825516129/phys_0008

Multi iam antiqua Dauni de gente petebant.
Lucaniqȝ petunt oenothiqȝ proci.
Sed pater in longum cupidos producit amantes
Et nectit varias callidus vſqȝ moras.
Tandem campanus multis de milibus vnus
Deligitur doctor ſponſus : et ille placet.
Gaudia concelebrant. lectus genialis in aula
Sternitur : hic Juno eſt ꝓnuba : ſuntqȝ faces.
Hic hymenea canunt : ſed enim iam fata recuſant
Connubium hoc felix perpetuumqȝ fore
Occubat ante diem properata morte maritus :
Et deploratas deſerit ecce domos.
Exequias poſtq̄ȝ coniunx et iuſta peregit
Coniugis ad patrias meſta remigrat opes
Jam perteſa viri : thalamumqȝ peroſa iugalem
Deſtinat in viduo viuere ſola thoro
Hoc probat ipſe parens. natamqȝ in celibe lecto
Eſſe cupit ſine qua viuere triſte putat :
Forte fuit iuuenis regali pulcher in aula
Moribus ingenuis et probitate decens.

Is dominum ſolus curabat iuſſaqꝫ obibat
Principis / egregia dexteritate potens.
Hunc Giſmunda ſibi multis ex milibus vnum
Deligit: hunc ſoli ſola placere cupit.
Deperit hunc furtim: limiſqꝫ aſpectat ocellis
Hunc optat tenero poſſe fouere ſinu.
At iuuenis cui nomen erat Guiſcardus acuto
Ingenio ſolers conſilioqꝫ vafer
Cognouit flammas: et ſe prenſit amari.
Nec minus occultis ignibus ipſe calet.
Eſtuat et teneras eſt mollis flāma medullas:
Vt feruens ſtipulas vrere flamma ſolet
Hanc ſpectans pulchraqꝫ oculos in virgine figens
Diuitias Creſi deſpicit atqꝫ Mide.
Giſmundam cupit: hanc ſolam noctesqꝫ dieſqꝫ
Flagitat hoc ſolum nomen in ore ſonat.
Felices parili quibus alma caleſcere flamma
Dat Venus: et quorum mutuus extat amor.
Ambo cupidineas pariter ſenſere ſagittas:
Ambo complexus colloquiumqꝫ volunt.

Quid faciat Giſmunda? patris cuſtodia magni
Hinc premit: hinc cohibet dedecus atqꝫ pudor
Quid non ſentit amor: fallacem excogitat artem
Femina et archanas conficit ipſa notas
Littera diſſecta celatur arundine furtim
Quam dat amatori pulchra puella ſuo.
Callidus hanc cannam temere non credit amator
Eſſe datam: iuuentas inſpicit ille notas
Gaudet amans laudatqꝫ viam: quā femīa mōſtrat
Polliciti expectans gaudia concubitus.
Scripta docet (furtiuus amor coniungere amantes)
Quo poſſit cupidos tempore quoue loco.
Stat vetus/ et denſis veſtitur ſentibus/ antrum
Aule contiguum principis atqꝫ domui
Deſuper exigua patefactum luce foramen
Imminet: hoc vepres hoc quoqꝫ ſpina tegit
Illinc anguſti calles et ſemita tendit
Giſmunde atqꝫ thalamū conſpicuaſqꝫ fores
Nemo hanc ſpeluncam longeua etate pereſam
Nouerat: hec nullis vſibus apta fuit.

Quid non cernit amor: quid non veſtigat amator
Jllud deprendit femina prima ſpecum.
Jllud monſtrat iter: carpendus floſculus illinc:
Jlle eſt: qui tantam ſpirat amariciem.
Quiſquis amare cupit diſcrimina nulla recuſet
Omneqꝫ tormentum iudicet eſſe leue.
Guiſcardus nitidis exutis veſtibus hirtum
Jnduitur corium precipitatqꝫ moras.
Jmpiger auguſtum demiſſo fune foramen
Jntrat ſub luſtri nocte iubente deo.
Continuo cecas nullo comitante latebras
Exuperat. ceptis ſancte cupido faue.
Tuqꝫ Venus iuuenem: qui ſe tibi credit: ab omni
Erige nunc caſu ſubſidioqꝫ foue.
Giſmunda interea dilectum expectat amantem.
Sola tremens: inter ſpemqꝫ metumqꝫ labans.
Jam Guiſcardus ades: dominā iā cōſpicit: et iam
Alter in alterius candida colla ruunt.
Oſcula iam carpunt. iam mutua gaudia ſumunt:
Jlla ſuum dominum iam vocat: illa deam.

O fortunati natiqꝫ fauentibus aſtris :
Gaudia ſi vobis hec diuturna forent
Nil homini firmū eſt : nulla eſt diuturna voluptas
Candida nullius it ſine nube dies.
Nam dum ſepe iocos dum dulcia furta frequentant
Fortune in laqueos inſidiaſqꝫ cadunt.
Primus furtiuum ſentit Tancredus amorem.
Primus proh nate cernit adulterium.
Ingemit et magno perculſus corda dolore
Quid faciat neſcit : conſilioqꝫ caret.
Tandem cuſtodes tenebroſo ponit in antro
Qui furtim egreſſus introituſqꝫ notent.
Sic miſer et fato natus Guiſcardus iniquo.
Prenditur et domini ſiſtitur ante pedes :
Cui mox Tancredus (lachrimis fedantibus ora)
Dat ſingultatis talia verba ſonis :
Nec mea te pietas : nec te clementia : nec ius
Improbe in officio continuere pio ?
Hoccine pro meritis tantis ingrate rependis ?
Vt cupias noſtram commaculare domum.

Proh dolo: infandum facinus ſcelerataqꝫ facta
    Vidi ego: nil vltra diſſimulare potes.
Contra hec Guiſcardus: maius Tancrede cupido
    Poſſidet imperium pluſqꝫ vigoris habet
Quā tu/ q̄ꝫ leges/ q̄ꝫ fas/ q̄ꝫ noſtra voluntas.
    Is iuſſit. contra quis queat ire deos?
Giſmunda interea tantarum neſcia rerum
    Inter virgineos ſtat ſpecioſa choros.
Ecce pater lachrymans turbato pectore natam
    Seuocat: et ſoli talia ſolus ait
Cum tua nata mihi virtus probitaſqꝫ fuiſſet
    Cognita: cum mores ingeniumqꝫ pium:
Credere te quiui nunq̄ꝫ cōmittere tantum
    Poſſe nephas: q̄ꝫtum his vidi ego luminibus.
Tu ne pudicitiam potuiſti prodere ſanctam:
    Et ſtupro corpus proſtituiſſe tuum?
Te propter miſera eſt atqꝫ erumnoſa ſenectus
    Nunc mea: te propter nunc mihi vita grauis.
Quod ſi inceſta tuo flagrabat corde libido
    Nec poteras caſto viuere caſta thoro.

Saltem (patricius ſaltem generoſus) amator
Ille foret: cui te proſtituiſſe cupis.
Hoc eſt q̄ doleo (q̄ cor mihi vellicat hoc eſt)
O, tibi Guiſcardus perfidus ille placet
Pauper vilis inops humili de ſanguine natus
Qui matrem ignorat ſordidus atq; patrem.
Qui mihi mox meritas perſoluet ſanguine penas:
Collaq; carnifici qui iugulanda dabit.
(De te quid ſtatuam) dubia eſt ſententia: nutat
Mens mea: et a tantis fluctuat icta malis.
Hinc amor et pietas iram cohibere paterna
Me monet: hinc ſtimulat me tua nequicia.
Illa iubet veniam tibi me indulgere: ſed iſta
Vt preter genium ſim truculentus atrox.
Exitus in dubio eſt. tu nunc exprome quid iſta
In re decernas improba: ſcire velim.
Talibus exarſit magno perculſa dolore
Giſmunda et lachrymas vix cohibere poteſt.
Mox animoſa viro ſimilis (lamenta recuſat)
Feminea: et vite prodiga: certa necis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825516129/phys_0015

Hec patri reſponſa dedit. non deprecor ipſa
Nec nego (que quereris) me meruiſſe pater
Altera res quoniam mihi nil prodeſſe valeret.
Altera ne proſit nec iuuet ipſa volo
Non ego nunc verbis animum mulcere benignis
Quero tuum: veniam nec peritura rogo.
Guiſcardum fateor gracilem non ruſtica amaui
Et dum luce fruar nomen amabo pium
Quod ſi morte carent anime: ſi manibus vllus
Senſus ineſt: huius grata erit vmbra mihi.
At non (vt iactas) mihi tam furioſa libido
Qm̄ tua ſegnities ſuaſit amoris opus.
Debebas genitor calide meminiſſe iuuente
Quantaqꝫ femineo pectore flamma calet.
Cernere debueras ꝙ ſum tibi filia mollis
Et non ex ferro nata: neqꝫ ex ſylice.
Non tantum ardet apex etneus. flagrat olympus
Nec tantum quantum cor iuuenile calet.
Quãqꝫ puellares gemino ardore medulle
Flagrant: quas luxus delitieqꝫ fouent

Non potui ſterilis florem fructumq; iuuente
Perdere veſtalis non ego virgo fui.
Olim experta virum et veneris dulciſſima dona
Non queo mellitos non meminiſſe iocos.
Quid facerem iuuenis diues formoſa puella?
Id facio: quod vel penelopea probet.
Atria complures proceres pater ampla frequentant:
Ingentes quorum conſpiciuntur opes:
Ex illis fateor placuit mihi nullus amator.
Nullus Guiſcardo eſt viſus amabilior.
De quo cõquereris: de quo gemis: eſt quia pauper
Et quia maiorum ſtemmata nulla colit:
Nemo eſt crede mihi genitor laudandus ab illis
Que ſunt fortune munera fluxa bonis.
Veraq; nobilitas non eſt in ſtemmate longo
Non in ceroſis eſt ſita imaginibus.
Vna eſt cunctorum prima et genitalis origo:
Omnibus eſt genitor Jupiter eſtq; deus.
Sola facit virtus generoſum ſola beatum:
Sola potes mentes demeruiſſe probas.

Hec in Guiſcardo tam pura et clara refulget
Vt fulget celo cynthia ſyndereo.
Hunc ego dilexi: quod ſi pater optime turpis
Hic tibi et infamis eſſe videtur amor:
Tu certe in cauſa es: nanqꝫ hunc tu ſemp̄ amaſti.
Qui tibi charus erat: non mihi charus erit?
Eſt et erit charus. quod ſi veſtigia patris
Nata ſequoꝛ: debes ipſe pꝛobare pater.
Guiſcardus placuit: qui nobilis et generoſus
Virtute effectus conſpicuuſqꝫ viget.
Eſt pauper fateoꝛ: ſpectat ſed dedecus ad te:
Egregio qui das pꝛemia nulla viro.
Verum nobilitas non paupertate fugatur:
Foꝛtune virtus ſuccubuiſſe nequit.
Multi nunc regno clari ſceptroqꝫ potentes
Olim pauperiem ſuſtinuere grauem.
Contra (mendicat veſtem victumqꝫ pꝛecatur)
Qui quondam magno floꝛuit imperio.
Has foꝛtuna vices pꝛeſtat: noſqꝫ admonet: vt (q̄s
Permutant dominum) deſpiciantur opes.

At quod in extremo nondum decreſſe fateris
De me quid ſtatuas: ambiguuſqꝫ manes.
Illud tolle precor. nam ſi Guiſcardus ad orcum
Mittitur atqꝫ tuo concidit enſe miſer
Subſequar ipſa comes: nam ſors quecunqꝫ miſellū
Me quoqꝫ ſeua manet. mors trahet vna duos.
I nunc femineo lachrymas effundere ritu
Perge: vnoqꝫ ambos vulnere dede neci.
Talia cōmemorans animo Giſmunda virili
Reddidit attonitum ſollicitumqꝫ patrem.
Qui cuncta expendens tandem ſic deſtinat: vt det
Guiſcardus meritum crimine ſupplicium.
Acciriqꝫ iubens fidum notumqꝫ miniſtrum
Imperat vt iugulet nocte ſilente virum.
Iuſſa facit propere ſeruus: qui corda refellens
Ad dominum defert ſanguinolenta trucem.
Hoc cor Tancredus fuluo componit in auro
Et mittit nate dona nefanda ferus
Admonet et ſeruum: verbis vt munus adornet:
Hecqꝫ ſuo ad natam nomine iuſſa ferat.

Hec tibi dona parens mittit: cape gaudia: ſunt hec
Illa nimis cordi munera grata tuo.
Gaudia nam ſimili genitori ſorte rependis:
Qui potuit bis te ſoſpite poſſe mori.
Poſtq̃ȝ Guiſcardi cor lamentabile nouit
Giſmunda / ad famulum verſa dolenter ait.
Non aliter mitti meruit tam nobile munus
Cordi conueniunt aurea buſta pio.
Hoc ſolum facis o genitor quod filia laudet.
Hoc propter grates nunc tibi triſtis ago.
Iamq̝ vale: extremū hoc tibi iã moritura relinquo
Mox patere incumbens talia ſola refert.
O dulce hoſpicium et Giſmunde ſola voluptas
Dulcius o cunctis cor mihi diuitijs.
Diſpereat qui cauſa fuit: qui iuſſit ocellis
Inuitis vt te cogerer aſpicere.
Debuit eſſe ſatis q̄ cor te corde videbam:
Quodq̝ tue menti mens mea iuncta fuit,
Vixiſti et curſum tibi quem fortuna parauit
Expleſti exutis ſollicitudinibus,

Iamqꝫ tenes metas. ad quas feſtina breuiſqꝫ
Vita hominū properat quadapedante gradu.
Fuluum Tancredus pater et regale ſepulchrum
Iure dedit: virtus hoc tua digna fuit.
Nil preter lachrimas noſtras / preterqꝫ querelas
Heu cor dulce tuis defuit exequijs.
Non tamen his lachrimis ſic dij voluere carebis:
Quas ego perſoluam nunc tibi vita pias.
Poſthec efficiam languens vt ſpiritus iſtinc
Egrediens vmbre ſit comes vſqꝫ tue
Te duce luſtrabo loca plena ſilentibus vmbris.
Te duce per campos ibimus elyſos.
Haud equidem dubito quin tu quoqꝫ noſtra perrece.
Tecta: et apud manes offitioſus ames.
Dixerat et lachrimis pateram manantibus implet:
Que velut effuſe precipitantur aque.
Oſcula dat cordi gemebundaqꝫ lumina cordi
Infigens largis fletibus ora rigat.
Mox ſiccata genas atqꝫ exaturata dolore
Iam tremebunda ſue conſcia mortis ait.

Exolui officium quod amor pietaſqꝫ requirit
Noſtra: parentales ſtruximus inferias
Dixi et ex prompto quod fecerat ipſa veneno
Ebibit impauide pocula mortifera:
Conſcenditqꝫ thorum manibus cratera retentans:
Cordeqꝫ Guiſcardi cor premit vſqꝫ ſuo.
Mirantur famule ignare. pars fletibus ora
Commaculas: fauet hec: illa ſtupore ſilet.
Aſt vbi iam domine ſenſim morientia membra
Aſpiciunt properant. flentqꝫ docentqꝫ patrem.
Ille repente volat thalamūqꝫ ingreſſus apertum
Jam vita natam deficiente videt.
Ingemit: et ſero damnat ſua facta: truciſqꝫ
Penitet incepti conſilijqꝫ mali.
Tunc oculos moribunda leuans Giſmunda iacentes
Edidit extremo voce labente ſonos.
Has ſerua genitor lachrymas ad triſtia fata.
Non fatis noſtris talia conueniunt.
Quis furor hic? defles tota quod mente petiſti.
Defles quod factum eſt te faciente nephas.

Sed ſi vlla affectus remanet ſcyntilla paterni:

Et ſi quid patrie iam pietatis habes.

Te rogo ſancte parens: extremū hoc munus amanti

Concede: et nate fac rata vota tue:

Nil quoniam in vita nobis cōmune dediſti:

Cōmuni vt ſaltem contumulemur humo.

Sic ait et cordi incumbens dulciſſima linquit

Lumina: tarthareas mox ſubit vmbra domos

Regia tunc omnis lachrymis planctuqꝫ ſonoro

Perſtrepit: et tota eſt luctus in vrbe frequens.

Ante omnes gemitu princeps Tancredus acerbo

Confectus nate ſe ſupereſſe dolet.

Poſt meritas lachrimas et poſt lamenta ſepulchrum

Extruit antique nobilitatis opus.

Atqꝫ vna amborum cineres componit in vrna:

Ambobuſqꝫ pias exhibet exequias.

Exitus hic ille eſt miſerorum et finis amantum:

Quos amor ante diem miſit in elyſium.

Diſcite nunc iuuenes: qui iam cepiſtis amare:

Quot gemitus preſtet quot mala ſeuus amor.

Impreſſum Liptzck ꝑ Vuolfgangū Monacenſem.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825516129/phys_0026

Fr. Reppien,
Buchbinder
in
ROSTOCK
bey der Marien-Kirche.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn825516129/phys_0027

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn825516129/phys_0028

Hec patri reſponſa dedit . non deprec
Nec nego (que quereris) me me
Altera res quoniam mihi nil prodeſſe
Altera ne proſit nec iuuet ipſa vo
Non ego nunc verbis animum mulce
Quero tuum : veniam nec peritu
Guiſcardum fateor gracilem non ruſti
Et dum luce fruar nomen amab
Quod ſi morte carent anime : ſi mani
Senſus ineſt : huius grata erit v
At non (vt iactas) mihi tam furioſa
Qm̄ tua ſegnities ſuaſit amoris
Debebas genitor calide meminiſſe iuue
Quantaqȝ femineo pectore flamm
Cernere debueras ꝙ ſum tibi filia moll
Et non ex ferro nata : neqȝ ex ſyli
Non tantum ardet apex etneus . flagra
Nec tantum quantum cor iuuenil
Quāqȝ puellares gemino ardore medul
Flagrant : quas luxus delitieqȝ fo

Non potui ſterilis florem fructumqꝫ iuuente
Perdere veſtalis non ego virgo fui.

Olim experta virum et veneris dulciſſima dona
Non queo mellitos non meminiſſe iocos.

Quid facerem iuuenis diues formoſa puella?
Id facio: quod ve[…]lopea probet.

Atria complures […]mpla frequentant:
Inu[…]ur opes:

E[…]ator.
[…]ior.

[…]uper
[…]s

[…]onis.
[…]mmate longo
[…]ica imaginibus.

Vna ep[…]m prima et genitalis origo:
Omnibus eſt genitor Jupiter eſtqꝫ deus.

Sola facit virtus generoſum ſola beatum:
Sola potes mentes demeruiſſe probas.